



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 29. Hilduinus Cameraci intrusus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

At Fides Dei scortum non donat. Econ- Sæculum IX.
A. C. 863.
tra illa dimissa aliam ducere adulterium
fuit. Theutberga vero sponte horrendum
fratris amplexum confessa est, quod viri
fide digni testatum faciunt. Hac sunt,
quæ de hac causa sentio.

§. XXIX.

Hilduinus Cameraci intrusus.

Inter epistolas Nicolai Papæ, ab Odone
Episcopo Bellovacensi in Franciam de-
latas, tres erant pertinentes ad causam
Hilduini, cui Rex Lotharius Episcopa-
tum Cameracensem Theodorici morte
vacantem contulerat. Erat Hilduinus
Guntharii Archiepiscopi Coloniensis ger-
manus & celeberrimo Hilduino Abbati Sup. lib.
XLVIII.
ad S. Dionysium affinitate conjunctus. S. 28.

Hincmarus vero, cui tanquam Metro-
politæ subjecta erat Ecclesia Cameracensis,
quamvis esset Hilduini Abbatis discipu-
lus, hunc Episcopum ordinare recusa-
bat, obtendens, esse secundum Canones
Episcopatu indignum. At Lotharius non
modo licentiam alterum ordinandi de-
negavit, sed etiam Hilduinum in posses-
sionem Bonorum ad Ecclesiam Camera-
censem pertinentium immisit. Cum
postea Hincmarus contra Hilduinum ac-
cusationis libellum, in quo causæ, ex
quibus eum ordinare nollet, contineban-
tur, conscripsisset, eumque Lothario in
Conven-

Sæculum IX. Conventu Regum tradidisset; tres Me-
 A. C. 863. tropolitæ ex Regno Lotharii Theutgau-
ep. tom. 8. dus Trevirensis, Guntharius Colonien-
Conc. p. 762. sis & Arduicus Vefuntionensis ipsum ad
 Concilium Metis (verisimiliter mense
 Febr. anno 863.) celebrandum venire
 jufferunt, & ibi accusationem argumen-
 tis demonstrare, nisi calumniator haberi
 vellet. Sed nec Hincmarus, nec alii e
 regno Caroli Episcopi Concilium illud
 adiverunt; ipse vero querelas ad Papam
 detulit.

Igitur Pontifex litteris hac super re
ep. 63. 64. 65. ad Episcopos Regni Lotharii, ad ipsum
 Lotharium, & Hilduinum datis queri-
 ritur, Ecclesiam Cameracensem jam de-
 cem mensibus, contra quam Canones
 præscriberent, vacare, Hilduinum Regis
 auctoritate munitum illam Ecclesiam suis
 redditibus spoliare, & Regem liberam ele-
 ctionem atque jura Metropolitæ turbare.
 Hilduino autem Cameraco discedere
 sub pœna excommunicationis præcipit.
 Hincmarus his tribus epistolis diligenter
 redditis, petiit, ut mature responsa da-
Hincmar. rentur; at non pari diligentia illas, quæ
opusc. 17. ad causam Rotadi spectabant, tradidit,
init. Nicet. utpote quas quatuor circiter mensibus
ep. 41. p. occultatas nemini mortalium ostendit.
p. 796.